



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

43 Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 14 Hodieverdūt pīus stylus inolevit, quo  
Universitates ad hujusmodi infesta, &  
damnoſa animalia expellenda, &  
agrotum fertilitatem à Deo impetrāndam<sup>43</sup>  
à summo Pontifice generales facultates  
absolvendi obtinent, quarum vigore  
Episcopus pontificaliter indutus, vel  
Vicarius generalis absolutionem con-  
cedit tenoris infrascripti.
- 42 Universitates, & Homines hujus  
terræ N. hac vice auctoritate Sanctiss.  
D. N. Pauli Papæ V. nobis in hac parte  
concessa absolvimus à quibusvis excom-  
municationis, seu maledictionis senten-
- tij, censuris, & penis quocumque ma-  
do per eos ignoranter incurbis, sine na-  
men alicuius praetacio.
- 43 Item ex parte Omnipotentis Dei, ac  
dicti Sanctiss. D. N. Papæ omnium dictæ  
Terræ personas utriusque sexus agros,  
possessiones, & bona quacumque bene-  
dicimus.
- 44 Præterea omnibus ijs, qui confessi,  
& contriti post expletum jejunium, sa-  
cram Communionem sumperint, plen-  
ariam omnium peccatorum indulgen-  
tiā, & remissionem concedimus, &  
elargimur.

## BENEDICTIO SEMINVM OLEORVM, & Leguminum.

Adjutorium nostrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum. &c.  
Oremus.

**E** Domine perimus, & rogamus, ut hæc segetum, fructuum, oleorum, le-  
guminum, & herbarum semina oculis tuis serenis aspicias, sicut enim  
testatus es Moysi famulo tuo in Terra Aegypti, dicens: dic filiis Israel, cum  
ingressi fuerint terram Promissionis, quam eis Dominus Deus datus est,  
primitias frugum suarum offrant sacerdotibus, & erunt benedicta, ita, &  
nos oramus Domine auxilium misericordia tua super hæc semina, ex qui-  
bus fructus de terra suscipere speramus, ut non grando illa succidat, non  
turbo tempestatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aëris immutatio exter-  
minet, sed tua sancta bene & dictione munita, fructifera, & superabundantia propter anima-  
rum, & corporum humanorum utilitatem, & usum ad plenissimam maturitatem perducere  
digneris. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur aqua Benedicta.  
Oremus.

**P**reces nostras, quas sumus Domine clementer exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affi-  
gimur, & avium, vermium, murium, locustarum, & aliorum animalium persecutionem  
partimur, pro tua nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, ut procul à tua potentia  
expulsi, nulli noceant, & hos campos, agros, possessiones, vineas, pradis, & aquas in tranquilli-  
tati subrogiant. Per Christum. &c.

Ore: